71
3 C
10

M

BVEE065326

4-3-D-23-

Apologia Concilij pisani [illegible]

Adi 3 agosto

Io giovanni di fra[n]co danessa a pagato

il fitto di lidanavema per il pegg[i]o

no[n] sono nulla perche [illegible]

di pagare [illegible] in modo [illegible] no[n] posso

[illegible] peggiore [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

peggio no[n] [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

il [illegible]

quello che [illegible]

no[n] [illegible] peggio

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

¶ VENI SANCTE SPIRITVS
REPLE TVORVM COR
DA FIDELIVM.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

4. 3. D. 23

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

REuerendiſſimi in Chriſto patres & Dñi.S.R.E.Cardinales ſimul cũ aliis Secundæ Piſanæ Synodi indictoribus: q alias de menſe Maii anni pñtis conciliũ gñale uſis ecclíæ iuxta illius præceptum & neceſſitatem Piſis tenendũ indixerunt / & cõuocarunt cũ aliis Principibus / Prælatis / & Potentatibus ſibi adhærere ꝑ Dei cauſa uolentibus: Ad futuram rei memoriam.

Creator & redemptor nr̃ xp̃s dñs: qui eſt uia / ueritas / & uita: Ioannis.xiiii.
& qui ad hoc natum eſſe / & in mundum ueniſſe ſe aſſerit: ut Ioannis.xviii.
teſtimonium perhibeat ueritati: & in quo non eſt inuentum p̃s.—Le.ii.
mendacium: nec inuentus eſt dolus in ore eius: ipſe ſe mitem
appellat & humilem / ac uere etiaꝫ fuiſſe conſtantem & forteꝫ
ad mortem uſq; acerbiſſimaꝫ pro ueritate aſſerenda teſtatur.
Adeo ut omnis chriſti actio / humano potiſſimuꝫ generi imitabilis: ueritas ſit conſtans & humilis / ueritatemq; ipſam illius magiſter non aliter cuſtodiri recte poſſe doceat / q̃ conſtantia & humilitate. Altera ne nos terror a uero deiiciat. Altera ne nos excellentia & firmitas ueritatis extollat: & in magnis & mirabilibus ſup nos efferri nos faciat. Vnde tria hæc precioſa monilia ſpecioſiſſimæ ſponſæ ſuæ non habenti maculam nec rugam / eccleſiæ uidelicet ſuæ ſanctæ catholicæ: cuius fideles omnes merito aut numero myſtica membra ſumus / præcipue ſeruanda reliquit. Vt in fundamento domus ſuæ quaꝫ perennis decebat ſanctitudo: & cuius decorem præ omnibus dilexerat: tanq̃ ſapiens architectus triplicem hunc
angularem lapidem reponeret. Cui innixa omnis ſtructura p̃s.xxv.
firma ſubſiſteret: & ſanctum dei templum redderet glorioſum. Vnde apud Ioannem ait. Qui ex ueritate eſt / audit uo Iohis.xviii.
cem meam. Et alibi. Qui ſequit̃ me / tollat cruc̃e ſuã & ſequat̃ Math.xvi.
me. Et rurſum. Diſcite a me / quia mitis ſuꝫ & humilis corde. Math.xi.

Nuper autem quum non ſine graui merore & mentis amaritudine uago relatu accepimus / ſub nomine ſanctiſſimi. D.N. Iulii Papæ.ii. (nonnulloꝝ ut creditur ſuggeſtione: qui magis loqui quærunt ſibi placentia q̃ fideliũ quietem & pacem): diſſeminatas eſſe per uniuerſaꝫ eccleſiam duas epiſtolas ap̃licas. Alteram quam dicunt concilii / in qua indictores ſecundi piſani Concilii grauiorib⁹ increpationibus & immeritis appel

latiōibus obiurgat: indictionemq́ ipaȝ annullat & reuocat. Aliudq́ concilium Romæ inſtaurat. Alteram monitorii. In qua nonnullos ex dictis indictoribus: ut a proſequutione Piſanæ Synodi abſtineant: & in urbe Roma perſonas ſuas ſub breui quodaȝ præſtituto termino exhibeant: ſub grauiſſimis cenſuris & pœnis monet / & citat.

Math.x.
Gala.vi.

Nos cū illius auxilio: Qui in euangelio aſſiſtentiaȝ ſuam ante reges & præſides pollicetur profeſſoribus ueritatis: uniti omnes eodem corde & ore: non ut litteræ illæ nos diſiungere ſatagebant. Sed iuxta apoſtolum. Alter alterius onera portantes: ut quæ communi conſilio pro bono eccleſiæ ediximus / cōmuni uoto tueamur: curabimus pro dei cauſa una cōmuni epiſtola duarum illarum capitibus conſtanti & humili ueritate ſatiſfacere: ut pro uiribus ſermo noſter chriſtianæ diſciplinæ conueniat.

Reſpondebimus itaq́ in omni patientia & manſuetudine: nō ad ſingula epiſtolarum: quæ ſunt pene innumera. & ſi diſcuterentur omnia: reſponſalis epiſtolæ moduȝ excederent. nec ipſi Principi directe reſpondere mens eſt: q̄uis in factis propriis & perſonalibus (ſignanter legali contentione ſuſcitata)

Ge.Nu.xxii.

ſcriptis eius reniti poſſit & debeat. Nam & aſina Balaam pro ueritatis cuſtodia domino ſuo intrepide contradixit. & nos non ſerui modo / ſed filii & fratres / liberi ſumus. qua liberta

Gal.iiii.

te iuxta apoſtolum chriſtus nos liberauit. pariſq́ cum Paulo in hoc iuriſdictionis. Qui Petro qa immemor eſſet in obſer

Gala.ii.
Actuum.xv.

uatione legalium tertii Hieroſolymitani concilii: in faciem reſtitit. Et tamen culpa Petri (ut pote in gratia confirmati) leuis fuiſſe creditur. Sed quū uerba illa ep̄larum taȝ aſpera & grauia ex tā leui cauſa ſimplicis noſtræ admonitionis concilii / menti Principis aſcribi non debeant: (nam & hominū ſicut & apum Reges fortioribus aculeis carere debere: omnis philoſophia prædicat:) Nō ipſi itaq́ / ſed conſultoribus / aut ordinatoribus litteraȝ: qui grauius peccatum habent: pro ut dn̄s Pontio præſidi dixerat: reſpondebitur. nec omnibus cōſultoribus. quum ueriſimile ſit / antiquiores / & uere neceſſarios / & qui in cauſis Cardinalium iuxta ap̄licas iuratas conſtitutiones & cap̄la iuſtiorem uocem habent: talia nō potuiſſe conſulere.

Illis ergo ordinatoribus qñq; in prima interdum in tertia per
ſona utcunq; reſpondendo:ordinem philoſophorum ſerua/
bimus. qui primo nomina/inde res ſolent perſcrutari.Nam
& ſermocinales ſcientiæ tempore reales præcedũt.In rebus
aũt obiectis ipſaꝝ lraꝝ ordini pro poſſe inſiſtemus.

Ordinatores itaq; immemores doctrinæ Dñi/qui apud Ma/ Math. v.
theum ſtatuit.Quicunq; dixerit frĩ ſuo raccha/reus erit iudi
cio. & qui dixerit fatue/reus erit gehẽnæ ignis. Pro leui tñ
Concilii admonitione ſupra modum excandeſcentes: non
modo incerto/aliquo conuitio/aut fatuos modo patres Pi/
ſanæ Synodi nuncupant:ſed inſana eccleſiæ membra. Acce
phalos/locuſtas/nomine tm̃ Cardinales/Sciſmaticos/Iu
dæos/filios tenebraꝝ/ſynagogam Sathanæ/eccleſiam ma
lignantium/ſciſmaticam conuenticulam/Datham & Abi/
ron/Acatium & Dioſcorum/& cætera id genus iniuriarum
plenis titulis appellant. Aliumq; ex patribus aurigam & cla
uium moderatorem per calumniã pungunt.& coram uniuer
ſa eccleſia: ꝙ eius ſplendori & ſpiritualitati ſtudeant:crimi/
nantur. Et q̃uis Chriſtus dominus beatitudinem repromit/ Math. v.
tat iis qui propter nomen ſuum ab hominibꝰ maledicuntur:
& perſequutionem patiuntur: unde & apoſtoli ibant gauden Actum .v
tes a conſpectu Concilii: quoniam digni habiti ſunt pro no
mine Ieſu contumeliam pati.&Petrus beatos appellat ꝑpter p̃.Pe. iiii.
dominum exprobratos:&in iis omnibus cum Pſalmiſta poſ ps xliii.& lx.
ſint dicere gaudẽtes:qm̃ propter te Dñe ſubſtinuimus obpro
bria:& exiſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. & illi excuſa/
tionem & ultionem remittere: qui ait. Mihi uindictam/& Deute. xxxii.
ego retribuam.Quia tamen hæc improperia plı̃m impropor
tionata ſunt patrũ meritis:qui ſummis laudibus: ꝙ culturæ Ro. xii.
agri dñici omni conatu intendunt:eſſent extollendi. & non
ſolum eos tangunt:ſed ſubintelligendo plures alios compre
hendunt. Attendenteſq; Auguſtini dictum eſſe: non licere
ſilentium uiris ſanctis/dum reprehenduntur in iis a quibus
uitam ſuam longe abeſſe ſciunt: & dicere ſufficit nobis recta
ante deũ conſcientia/ſi æſtimationem hominũ impudenter
& crudeliter cõtemnunt. Conſcientia enim nobis neceſſaria
eſt.Fama autem proximo.De qua ſapiens. Crudelis eſt/qui Pro. xv.
famam negligit. Et alibi. Fama bona impinguat oſſa. Ideo
attendentes dictum apoſtoli ad Coloſenſes. Qui iniuriam Colo. iii.

facit / pati expectet : uerbum illud Senecæ ordinatoribus iis
(q̄uis inuitati) rependunt. incerta conuitia ab iis plīm irro/
gari.qui illis abundent. Ariſtoteliſq; ſermo fuit.qualis unuſ
quiſq; eſt:talia facit / aut dicit . Nempe .xiiii . illæ graues ap
pellationes nullo commertio patres iſtos contingunt.Quid
enim cum membris inſanis eccleſiæ?qui ſola cauſa ſanitatis
& puritatis ſuæ tam ſtudioſe & per tot pericula congregant?
Quid cum acephalis?qui chriſtum pientiſſime colunt.quem
Ephe. ii. iuxta apoſtolum dedit Deus caput ſuper omnem eccleſiam :
& Vicarium ſuū miniſteriale eccleſiæ caput iuſta obedientia
uenerantur & honorant?Quid locuſtas ? magna apud deum
& eccleſiam animalia / oculis plena / & ſpiritū dei habentia /
niſi ꝙ humilitate cordis parua & modica mancipia deo & ui
cario ſuo ad eccleſiæ ſplendorem cū effectu ſe offerunt.Qua
re ergo cardinales maximo fructu &principes reales eccl'iæ:
illius gratia ad omnia expoſiti pericula: ſolide ſe oſtendunt.
Quid cū ſciſmatis?qui eccleſiæ ueram unionem:& ipſius ue
neranda præcepta ſeruant?& uota ac iuramenta ſua deo pro
uiribus reddunt? In quo iudæos referunt?qui xp̄i & ſponſæ
ſuæ honorem tam ſerioſe depoſcunt?Ritumq; ſacroꝝ conci
lioꝝ:quo fides firmata & purgata eſt / tā aſſidue efflagitant.
An ne libri Conſtantiēſis Synodi tanq̄ iudæoꝝ explodendi
ſunt?a q̄bus ſalus omnis eccl'iæ maxime pendet? In quo filii
tenebraꝝ?lucem eccl'iæ requirentes? In quo Synagogam Sa
thanæ / uel eccleſiam malignantium / aut ſciſmaticam con/
uenticulam referunt? qui innouationē ſanctam eccl'iæ iuxta
irrefragabilem & infallibilem Synodorū ueritatem curant?
Caueant ne hæc aliorum obduratio & uetuſtatis criminoſæ
obſeruatio & defenſio potius ſynagogam illam ueterem refe
rat:quā dominus & uerbis & funiculis purgare conatus eſt.
In quo Datham & Abyron effigiantur patres?Nunquid pon
tificatum petierunt ? uel auferre cui dominus dedit / moliti
ſunt? Abſit / parent alii inſidias:præparent & menſas & mo
nopolia / ut Pontificatu fruantur.Patres hi:apud quos timor
domini ſanctus permanet:& q̄ nouerunt tales ingreſſus abſq;
reſignatione & reſtitutione deſperatum æternæ ſalutis ſtatū
continere : obedientia contenti ſunt . non præſidatum am/
biunt : iſtis potiſſimum artibus aſſequendum . Dum corpus
eccleſiæ bene ualeat ſimul cum capite ſuo:(cui plurimum ſtu
dent) potius membra eſſe uolunt : q̄ caput infectum . Quid

ſibi uidet̃ hoc? Sub ſpecie timoris ſciſmatis, prius ſciſma incipere. & ſub timore ne ꝑripiatur primatus eccleſiæ: tyramidē exercere? & malis illum artibus aucupari? Quid hoꝝ patrum humilitas & temperantia confine habet cum Acatio & Dioſcoro? Qui uiolent̃ Concilia diripiebant: & ſuorū tempoꝝ pr̃es ad ſubſcribendum Synodales epl'as gladiis ſup pr̃um capita uibratis, compellebant. Iubeat hic dominus quieſcere: Nec enim ſine amaritudine hæc referri poſſunt. Filii ſunt patres hi. S. R. E. & Sanctiſſimi. D. N. quibus detrahere nullo modo cogitant. dum eccleſia reformata in libero uno generali concilio: honoretur, & dum ſanctitas ſua filios recognoſcat. Sed quid aurigam & moderatoreʒ conſultores hi patrem alium calumniautur? Qui ætate & ſapientia minor eſt omnibus. & qui de ſe humilia ſemper concepit. & docendum ſe nō ſequendum pr̃ibus aliis pro dei cauſa ſemper exhibuit. Nec iſta tñ exprobratio aut æmulationis occaſio charitatem patrum in Dei honore fundatā quoquo modo turbatura eſt. Aurigam habent patres Chriſtum dominum: qui eorum eſt currus & auriga: per quem currunt ut ſplendorem eccleſiæ comprehendant. Nec tamen qui plantat eſt aliquid: nec qui rigat. Sed qui incrementuʒ dat. Deus. Qui plantat aūt & qui rigat apud eos: unum ſunt. quia in eis eſt cor unuʒ, & anima una in dño. Et iuxta dñi & aurigæ noſtri xp̃i Ieſu teſtamentum. Qui maior eſt inter eos: tanq̃ miniſtrator obedit. & qui primus eſt: tanq̃ ſeruus abſq; elatione obſequit̃. Sed hæc grauia & ampulloſa uerba epiſtolaꝝ conſultores ſatis damnāt: & aperta luce oſtendunt, qua libertate patres apud primam ſedem utant̃. Si. n. contra liberos, & abſentes, ac mediocri honore & fauore exiſtimatos Cardinales, ſplendoremq; eccleſiæ petentes, ꝓ ſimplici admonitione tot conuitia intorquentur? quid cum aliis non liberis & quodāmodo aridis a Principum & Populorum fauore fieri exiſtimanduʒ eſt. Si tantillū Præſidi non conueniant? Ceſſent ergo uerba quæ odia generant. & charitateʒ uulnerant. Illis tamen omnibus improperiis facile dimittimus: Si in patientia noſtra & manſuetudine pacem reformationis eccleſiæ nanciſcamur. Sed iam ad res tranſeamus. nec enim quuʒ de rebus conſtat, magnam uim in uerbis faciendam eſſe docet Ambroſius. Res itaq; patribus obiectas ſuo ordine tranſigamus.

Obiiciunt ordinatores quadrupliciter. Primo / quinqꝫ con/tra perſonas patrum. ꝙ illicentiati receſſerunt / ꝙ armati. ꝙ mendacio uſi / ꝙ falſitate / ꝙ uſurpatione pontificalis digni/tatis. Secundo ad quattuor fundamenta iuriſdictionis p̃rum reſpondent / praeceptum ꝟꝫ eccleſiae / & iuramentum & uotū ꝓprium dato impedimento non obſtare. Negligentiam Pontificis aut Cardinalium nullam eſſe. & moram purgari poſſe. In cauſa quoqꝫ propria ad ſolum Ro. Pontificem indictionē concilii ſpectare. Quod etiaꝫ ex conſtantienſi concilio dedu cere nituntur. Tertio contra indictionem Piſanam triplicēꝫ obiiciunt defectum. iuriſdictionis ꝟꝫ / tēporis & loci. Ultimo pro indictione Romana tria inducunt. ſ. Concilii neceſſitatem propter multa / habilitatem loci Romani & ſecuritatem per ſaluos conductus.

Ad. xiiii. haec oppoſita multis uerbis in prima ep̃la compre henſa / ſub clypeo ueritatis conſtantis & humilis cum omni charitate atqꝫ modeſtia reſpondent patres: immo & reſpon/debit omnipotens: cuius ſunt ſpiritu congregati. Et tu Dñe uim patimur / reſponde pro nobis cauſaꝫ ſponſae tuae iuuare nitentibus.

Et primum iuxta clariſſimoꝝ ſapientum ſententiam confite/bimur ap̃licam ſedem / Ro. eccleſiam / & ap̃licum primatū ex xp̃i & Petri ordinatione corpus unum myſticum eſſe. & politiam unicam ſupremā & primam ſpiritualem conſtituere. Cui ſicut primae & omnium menſurae poteſtas omnis ſpiri/tualis & tēpalis tenetur obtemperare. Eam tñ dñs propter hu/manam fragilitatem ne labi cōtingat / quum in ſp̃ualibus & aeternis lapſus p̃lm grauis ſit: & quū ex illa uniūſa penderet: mixtā & compoſitā eſſe uoluit ex monarchia in papa ad prae cepta & exequutionem: & ariſtocratia. i. optimatū principatu in ſenatu Cardinaliū ꝑ conſilio & ꝓuidentia. ut haec mixtio in Romano primatu ſemper actu maneret. & altera poteſtas alteram ne labatur: iuuaret. & pertinētia ad primatū (qualia ſunt maiora & ardua eccleſiae negocia) altera ſine altera mi nime explicaret. quod ſatis conſtare poteſt / ſi ueteris & noui teſtamenti paginam: & quae de iis poteſtatibus ibi leguntur: copulatiue (prout decet) & non diſiunctiue accipimus. & ex lectione hiſtoriae Damaſi & Concilio Stephani Papae ac di/

ctis Innocentii tertii. Ipſi quoq; actus apoſtolici iſtius guber
tionis conceſſionem experimento actuali interpretantes: id
ſatis inſinuant. In quibus: Petrum ſine apoſtolis aut eorũ ne
ceſſario conſilio nullũ arduũ in eccleſia legimus admiſiſſe.
Qui tamen adeo fuit dñici præcepti conſtans & diligens ob/
ſeruator: ut ſi illum dñs ſolum & inſolidũ eccleſiæ regimen
tenere uoluiſſet: non permiſiſſet / apoſtolos conuocare Con Actuum vi.
cilium. Sicut in ſecundo Hieroſolymitano Concilio. & tunc
non pro cauſa fidei. Sed pro adminiſtratione temporalium
factum legimus. Et in tertio diffinitionem illam magnam le Actuum xv.
galium: ex cuius tenore uerborum forma diffinitionis aliis
Conciliis præſcribitur / Iacobo & aliis apoſtolis non reli/
quiſſet. Sic ergo quæ meliora ſunt in utraq; gubernatione:
in myſtico Romanæ eccleſiæ corpore & politia iuncta inue/
niemus. Monarchia .n. ordine & exequutione excedit ari/
ſtocratiam: & ab illa exceditur prouidentia & conſilio. plus
enim uident plures oculi q̃ unus: ut in politicis Ariſtoteles
refert. Accepit ergo a Dño mixtus hic Romanus primatus
quod in utraq; ſimplici politia ſupereminet. A monarchia
quidem ordinem / præceptionem / & exequutionem unitaʒ.
Ab ariſtocratia prouidentiam ſolidam & efficax conſilium.
Quæ mixta gubernatio meliorem & ſecuriorem in fragilitate
humana reddit primam illam ſpiritualem politiam. ut mo/
narchia illa ſolum imperet & exequatur: quæ ſuo & cõmuni
optimatũ conſilio in maioribus decreta eſſent. Quod etiam
ſpecialibus & priuatis conſtitutionibus & iuratis capl'is ſemp
Pontifices cũ Cardinalibus promittunt / & uouent. maxime
in uim iſtius primæ inſtitutionis Papatus & Cardinalatus.
Hæc ergo domina noſtra ſancta Romana eccleſia quãdo iis
artibus quibus cœpit / progreſſum habuit: plĩm apud Deuʒ &
homines in religione / doctrina / ueneratione / ac temporali
dñio creuit. Nihilq; ſibi plus nocuit / q̃ quum aliquando mo
narchia ariſtocratiã non audiuit. Hinc fere mala omnia quæ
eccleſiam contriſtant / prouenerunt. Quæ q̃uis multa hodie
ſint: ea tamen patres Piſanæ Synodi minime nunc intendũt
reuelare. Siqua uero contra forſan temperate referent: prote/
ſtantur non ad aliquorum calumniam uel iniuriam id ſe fa/
cturos. Sed ſolũ iure moderatæ defenſionis ſuæ & intra tu/
telæ terminos coactos induxiſſe.

Ex his ergo non eſt difficile uidere q̃ aperte primæ illæ incre pationes contra patrum perſonas irrogatæ excludantur. Ar guunt ordinatores ꝙ illicentiati a Romano Pontifice receſſe runt patres. Nec attendunt admittatur ne hodie eorum con/ ſilium in arduis eccleſiæ rebus ut neceſſariũ/uel ut nec qdem uoluntarium. Nam ut plurimum ad facta / & non ad agenda uocantur patres. Vbi ſi ſanum conſilium liberum & uerum procul a blanditiis (ut tenentur & uouerunt patres) proferẽt: in odia / cõminationes / offenſiones / & mala omnia quotti / diano & graui experimento (qđ dolentiſſime referunt) certo certius incidunt. Quæ eorum recta conſilia & nullæ aliæ cauſæ (quum continuato obſequio & indefeſſo Romanam eccleſiam & illius caput ſemper uenerati ſint) infenſos eos præſidi reddiderunt. Vt iam ne dum liberi in ſñiis:Sed nec in uita quidem tuti ſatis eſſe poſſent. Conſulentes itaq; ani / mi libertati / & uitæ ſecuritati / ac ſpiritualitati eccleſiæ: ſe / ceſſerunt tantiſper a curia. Sicut & Dauid a Saule ſeceſſit. & Iacob a fratre Eſau. & inde a Labam ſoccro fugit. quoad tuti forent:& libertatem ac ſpiritualitatem eccleſiæ / in una ſan / cta illius congregatione iuxta eccleſiæ præcepta / & ſua uota ac iuramenta uindicarent. Et quod Dominus in euangelio præcepit / Dic eccleſiæ / q̃tum cum Deo poſſent: efficaciter præſtarent. Quod plures patres minori de cauſa aliis tem / poribus fecerunt. & qui illicentiati a Gregorio.xii. olim ad Piſanum primum concilium receſſerunt patres: plurimũ ab omnibus cõmendati ſunt. Sed decuiſſet conſultores hoc con ſulto tacuiſſe.quum Princeps cuius ſcribunt nomine a tribus ſummis Pontificibus: quorum tempore Cardinalatus eius claudebatur:& ab ultimo tandem ꝑ decem annos continuos illicentiatus aberrauerit. Nihil tamen inde cõtra ſe aut alios abſentes dominos actum fuiſſe grauius ſenſerunt / quale con tra innocentes in præſentia agitur. Nec ipſi pr̃es Piſani: qui tunc Romæ erant: talia unq̃ contra eos qui hæc agunt / pro bauerunt aut aſſenſerunt. Petierunt tamen patres ex Flo / rentia licentiam manendi extra curiam pro ſui ſecuritate & ſpiritualitate eccleſiæ cũ omni moderatione & humilitate. pro quibus in præſentia ueniam deprecari: nihil eſſet aliud / q̃ uincula & carceres poſtulaſſe. Manſeruntq; & manent ha / ctenus patres in optima ſanctiſſimi.D.N. obedientia. Niſi ꝙ iuxta Canonicas ſanctiones: quando apoſtolicæ præcep/

Innocentius.iiii in cap. inquiſitionis de ſen. exco.

tiones periculum notorium cōtinent ſpūalis uel corporalis
uitæ : aut turbationis / uel decolorationis ſtatus uniuerſalis
eccleſiæ audiri quidem poſſunt / admitti tamen uel impleri
non debent. Sed ab eis licitum eſt prouocare .

Minus officit quod dicunt armatos receſſiſſe . Nempe nec ita
ſe habet / ut referunt / thoracem indutos abiiſſe.bona uenia :
cum habitu Cardinalium & armis chriſtianæ militiæ: (quæ
ſecundum apoſtolum carnalia non ſunt / ſed ſpiritualia:) po 2. coꝝ. x.
tentia tñ in dño contra munitiones omnes carnales : palam
& publice cum omni apparatu & reputatione bonorum Præ
latoꝝ progreſſi ſunt ex Florentia:& toto itinere ad Papiam.
Ex Piſis tamen uſq; Lunam parua & neceſſaria tantū manu
militari comitante / defenſionis ſuæ tm̄ gratia (quæ licitum
facit armorum uſum)profecti ſunt. Intelligentes concordien
ſem aut diſcordienſem Epūm: & aliquos tales conſultores
mari & terra multas gentes & inſidias ad intercipiendos pa
tres in uia diſpoſuiſſe . quod in effectu ſatis conſtat . Quæ tñ
omnia diuina gratia uitata ſunt .

QVOD tertio de mendacio arguunt Concordienſi vʒ Ep̄o
Florentiæ obtuliſſe pr̄es reditum:& ex Papia etiā petiiſſe do
loſe litteris ueniam:utrunq; nō ita ſe habet. Et quando bono
dolo euitatur iniquitas:nō multum inconuenit. Nam & Da
uid apud regē Geth ut uiueret: ſe inſanum ſimulauit . & pr̄es pri. Regū. x
ut illius Concordiēſis fugerent dolos:qui exploraturus coꝝ
ſecreta uenerat:non diffitentur ſe aliqua etiam diſſimulaſſe .
prout dominus apud Lucam finxit ſe longius ire . Salomon Lucæ . xxiiii.
quoq; ad eruēdā ueritatē finxit ſe puerū filiū meretricis me / Ter. Regū. iii.
dium uelle ſcindere . Scripta uero ex Papia non de uenia:ſed
de animi aduerſantis mitigando furore proceſſerunt.&ut in
terim neceſſaria conducerent indicendo Concilio .

QVOD quarto loco conſultores maiori uerborum efficacia
obiiciunt de falſitate : ex hoc ipſo refellitur. quandoquidem
ad concilii ſolidam indictionem pauciores ſufficerent pr̄es .
Treſq; efficaciter illam explerent:cauſis tam urgentibus cō/
pulſi & uniti . De quibus in cedulis indictionis conſtat . Et
plures qui in edicto aſſeruntur patres / uel præſentes fuerunt:
uel per inſtrumenta / aut per litteras / uel nuntios aſſenſerunt

Concilio. & iis modis omnibus aſſenſus & mandata præ/ſtari poſſe: iuris indubitati eſt. Et ille unus pater qui prætenditur publice coram Notario ꝓteſtatus mandatũ huiuſmodi non dediſſe: per teſtes tamen conuincitur promiſſionem & aſſenſum nuntiis & litteris præſtitiſſe Concilio: & omnibus uiribus ſuis & impenſis illi opem laturum fuiſſe pollicitum. & quum tres patres id referant: plus illis/ q̄ uni credi debet. & quum indictio & conuocatio facta ſit omni meliori modo quo fieri poteſt: ualet conuocatio ex illorum perſonis qui cõ/uocare potuerunt. De commiſſariis Principum & eorum ueriſſimis mandatis per inſtrumenta Notariorum & litteras ratificatorias ſatis eorum acta loquuntur. Ceſſent ergo ordinatores falſo inniti quod tantopere exprobrant.

QVOD quinto increpant uſurpaſſe patres dignitatem pontificiam: Ridiculum omnino eſt. nec ſatis fuit æquum con/ſultoribus/ ita aſſentari Romano pontifici: ut omnimodam generalis Concilii congregationem ſua auctoritate indigere perſuaſerint. Nempe ſi tempora naſcentis eccleſiæ perſpexerimus: apoſtoli qui & Cardinales concilia generalia ſæpius

Actuũ.yi.&xy indixerunt: ut apertum eſt uidere per omnem apl'icoꝝ actuũ hiſtoriam/ inde annales eccleſiæ & imperii legentibus per/ſpicuũ eſt: Imperatores gñales Synodos nõnunq̄ cõuocaſſe. quod multis in locis decretoꝝ ſatis liquet. Poſtmodum uero aucta & honorata eccleſia: ſũmi Pontificis regulam ſtatuerũt & quidem iuſtiſſimã: ne ſine apl'icæ ſedis conſenſu gñalia cõcilia edicerentur. Caput.n.pro uniuerſo corpore loqui ſolet. Qđ diſtinctio.xvii. decretoꝝ quaſi ꝑ totuȝ regulariter explicat. quumq; conciliares cauſæ ut pl'm ſpirituales ſint: & diffinitores concilii ſint Principes ſpirttuales: & ſponſi eccleſiæ: ab ſpirituali primo capite uocari Synodum decet. Ea tamen regula exceptiones habet tam fere communes/ q̄ ipſa regula: antiquas.ſ. & modernas. Antiqua ſiquidem una eſt. In caſu quo exiſtente eccleſiæ neceſſitate uel præcepto/ aut iuramento Pontificis de concilio congregando præcedente: ipſe tñ conuocare contemnit. In quo(ut ſapientes referũt) indicẽdi ius primo ad collegium Cardinalium defertur. & ſiqui erunt negligentes: ad diligẽtes tanq̄ ad ſaniorẽ partẽ eſto minorẽ. & illis omnib9 negligentib9: ad impatoreȝ deuoluit. Secũda ẽt antiqua exceptio regulæ fuit. Niſi de pontificis hæreſi eſto

ſecreta / uel hæreſis ſuſpitione agendum ſit. Quo caſu Syno
dum conuocari poſſe abſq; eius auctoritate a cardinalibus: uł
eis non curantibus: ab aliis eccleſiæ prælatis: aut ab Impera
tore: uel Principibus / & etiam tunc ad Pontificis electionē:
indubitati iuris eſt. Tertia etiam antiqua exceptio. Niſi de
caſu Papæ in crimine graui / notorio / ſcandalizante / incor
rigibili / ageretur. tunc etiam ſapientum iudicio abſq; eo poſ
ſet Synodus uocari. quum uериſimile ſit reum tergiuerſaturū
eſſe iudicium. In eo tamen caſu an conuocata Synodus Pon
tificem poſſit eiicere: uel tm̄ corrigere / & cōmonere: arctiori
buſq; ſtatutis etiam iuratis aſtringere: ſapientes uarii ſunt. Si
gnãter ſi dicta incorrigibilitas ex habitu tm̄ uł duratione ſit.
Nempe ſi cum defenſione criminis foret: perinde ac hæreſis
haberetur. Magna tamen Conſtantienſis Synodus in ſpiritu
ſancto legitime congregata modernis temporibus dubitatio
nes omnes antiquorum / & opiniones uarias excludendo: &
diffiniendo: addidit / in tribus caſibus hæreſis uidelicet / aut
ſciſmatis / uel notorii ſcandalizantis incorrigibilis criminis
conuocatam Synodum electionem Pontificum facere poſſe.
Quod & ipſa factis comprobauit. Ioannem. n. xxiii. propter
crimina notoria / ſcandalizantia: ac Benedictum. xiii. prop
ter ſciſma abſq; ullo genere hæreſis propriæ depoſuit. Et ſu
perioritatem concilii in tribus cauſis / fidei / ſciſmatis / & uńis
reformationis / ſuper omnia membra ecclíæ etiã ſupra Pon
tificem longa & matura primū habita diſceptatione: in dua/
bus ſeſſionibus diffiniuit. Quare omnis alia diſputatio: niſi
in alia Synodo diffinitio hæc corrigatur: ſubticenda eſt. Et
Synodus illa gn̄alis & magna ſemper fuit habita / auctoritate
uidelicet Pōtificis in rei ueritate indubitati / cōgregata. Duo
enim alii cōtendentes de Pōtificatu p̱ Synodū Piſanam præ
cedentē iure exauctorati fuerãt. & oīs alia obedientia exinde
minime legalis erat. auctoritate quoq; collegit & imp̱atoris:
imo & ip̄ius Papæ: imp̱atoris: ac omniū fere cardinalium: &
multoꝝ prælatoꝝ pn̄tia cū ſumma auctoritate magnificētiſ
ſime incepta fuit. Ac deinde añ illius concluſionē omnis alia
q̄cunq; obediētia utcūq; de papatu contendentiū: & Pontifex
ip̄e Martinus quintus unicus aliis reiectis electus: Synodum
ipſam Conſtantienſem & eius decreta ap̱pbauerunt & admi/
ſerunt: & tanq̄ ſanctiſſimam & ecclíæ ſumme neceſſariam /
ut pote quæ tam pernitioſum ſciſma excluſit / & futura ex/

tirpare docuit / uenerati ſunt. Attendant nunc conſultores ſi patres uſurparunt iuriſdictionem alienam. Nemo namq̧ in / uadit uel præſumit / quod in caſu iure ſibi licet. Quomodo autem licuerit / uel intelligentibus ex lr̄is & cedulis indictio nis ſatis conſtabit: uel ſuo tempore (ſi pax non dabitur) ma gis innoteſcet.

Secundo loco reſpondent ordinatores ad fundamenta quat / tuor iuriſdictionis pr̄um/præceptum ꝟ;uotum/iuramentū / ſcandalum/quæ ſimul cum negligentia Papæ & Cardinaliū in quolꝫ iſtoꝝ conſtituunt pr̄es idoneos concilii indictores. ac ſi quadrato agmine arguerent pr̄es / præceptū eſt. Votu; eſt. Iuramentū eſt indicendi concilii. & tempus illius effluxū eſt / ſcandalum quoq̧ proprium Papæ eſt / quod ſolo conci / lio ſedari poteſt & debet. In omnibus tn̄ iis negligens Papa eſt: negligens quoq̧ altera pars collegii. ergo iſta portio pr̄u; libera & diligens / eſt apta indictioni concilii.

Vbi dicunt primo ordinatores præceptu; illud ul̄is eccl̄iæ in trigeſima nona ſeſſione conſtantienſis cōcilii / in decreto qd̄ incipit. FREQVENS de conciliis generalibus ſingulis decenniis celebrādis ſolemniſſime æditū/ab octuaginta fere annis ſeruatum non fuiſſe / & ſi fuiſſet: ex cauſa bellorum li / cere Papæ illud tranſgredi: ſicut & fecit Eugenius quartus. quinimo dicunt/ſtante quolꝫ legitimo impedimento locu; non habere. Reſponſio hæc in magno periculo conſtitueret Pontificem ſimul & eccleſiam dei. Attendant ergo ordina / tores decretum hoc ſtatum ul̄is eccleſiæ reſpicere: & alia ſine concilio ad libitū unius hominis mutari nō poſſe. quinimo exp̄ſſe tenor ip̄ius decreti hoc Papæ inhibet. & pr̄es Baſileæ: etiam quum illis Eugenius adhæreret: diffinierunt/decretū hoc ad fidem pertinere. Non ergo quolꝫ impedimento (non uoluntario ad minus) decretum tam neceſſarium reiicien / dum & ſuſpendendum eſt. Cui tamen Martinus quintus/& Eugenius quartus ſolemniter ſatiſfecerunt in Conciliis Se / nenſi & Baſilienſi. Niſi q̧ poſtea ſup loco cōuentionis orien talis eccleſiæ differentia aliqua interceſſit inter patres Baſi / leæ & Eugenium. In qua tamen Eugenius offerebat accep / tare pro nouo loco concilii quemcunq̧ locum Baſilienſes in Italia delegiſſent: & in eo omnem iuriſdictionem & liberta

tem illis permittebat.Sola tamen hæc tranſlatio concilii Ba
ſilienſis ad Ferrariam & inde Florentiam ſine conſenſu Sy/
nodi conſtituit Eugeniuȝ in maximo periculo. Niſi ꝙ non/
nulla quæ nunc ſubticentur Baſilienſes in diuiſione conſti/
tuerunt: & aliquorum membrorum concilii deceſſus & re/
ceſſus rem Synodi maxime attriuit. Vnde Eugenius ſimul
cuȝ ſancto ingreſſu ſuo & uitæ perſpicua probitate profuſaq́
liberalitate periculum illius animoſæ tranſlationis euaſit.
Non fuit tamen decretum illud Conſtantieñ per aliquam Sy
nodum aut aliquem Pontificem ſublatum aut moderatum.
quinimo nec potuit nec debuit moderari/niſi in ſimili gene
rali concilio. Et tranſgreſſiones illæ/quæ referuntur præ
deceſſorum pontificum. qui concilia deinde tanto tempore
non ſeruarunt: potius damnari oporteret/q̃ pro clypeo de/
fenſionis inducere: & huiuſmodi excuſationem peccatorum
acceptare. Scriptum eſt enim. Non adiicias peccatum ſupra
peccatum. Et alibi. Non minus ardebunt/qui cum multis
ardebunt. Et Gregorius dixit. Tanto ſunt grauiora peccata:
q̃to diutius infelicem animam detinent alligatam. Tempus
uero quod interpellat pro homine iã diu conſtituit in mora
Pontifices. Deinde non conſtat quibus legitimis impedi/
mentis taȝ ſalubre opus ſub hoc pontificatu fuerit impeditũ.
Nam bella quæ in principio inter duos magnos Reges in
Italia uigebant:dei uirtute breui ſopita ſunt.& quaſi pax octa
uiana illis pacatis/orbi eſt reddita. Cur ergo tunc præceptuȝ
eccleſiæ non eſt admiſſum? Quare uotum & iuramentum nõ
perſolutuȝ? Si uero deinde bella in Italia ſurrexerunt: uolun
taria potius fuerunt. poterantq́ iuſtius ſuſpendi/q̃ ecclĩæ uľis
congregatio. In qua bellis ſedandis/& confirmandæ paci
chriſtianæ/belloq́ contra Crucis inimicos diſponendo/ac
reformationi eccleſiæ/ipſiuſq́ recuperãdis iuribus tutius &
ſecurius fuiſſet conſultum. Omnia namq́ prius conſilio q̃ ar
mis experiri Sapientem decere: Comicus ille dicebat. Sed
quomodo ordinatores uocis propriæ nõ meminerint in hac
excuſatione concilii: non ſatis uidemus. Contradicunt eniȝ
ſibi ipſis. & uoces proprias ignorant. excuſantes enim conci
lium: a bellis argumentant̃. Deinde Romanum ſuum conci
lium inſtituentes: ad ſedanda bella præcipue ratiocinantur.
eamq́ magnam cauſam fore ordinandæ unius pacificæ Sy
nodi omnes admittunt. nullaq́ re magis poſſe religionẽ xp̃i

pacari / &contra infideles armari:q̄ una ſancta uli congrega tione xp̄ianoꝝ:cōmunis eſt omniuꝫ animoꝝ conceptus.ubi ſpūs ſanctus / qui auctor eſt unionis & charitatis:& uniuerſa concilia dirigit:ita chriſtianos inuicem in uera concordia & confederatione coniūget: ut ouile illud unū & plenum quod chriſtus in euangelio conſtituere pollicetur:&angelus in apo chalipſi futurū Ioanni reuelauit:pro cuius reuelationis gra / titudine Ioannes ipſe ad pedes angeli corruit:breui colligen dum ſub unius ſanctæ Synodi directione / & diuino fauore / ſperemus.

QVOD Vero de uoto & iuramento coſultores referunt:pari bellorum impedimento ad illa ſeruanda Pontificem non teneri:tam leuis euaſio eſt / ut nō diuinis modo uinculis qualia illa magna ſunt:ita ut maiora eſſe non poſſent: reſponſio ſufficiens & accōmodata non uideatur. Sed nec ſimplici uerborum obligationi aut leuibus aranearum telis aſtrictis hominibus excuſabilis minime ualida cẽſeri poſſit. Quis nẽpe uolūtariis bellis eſto forſan iuſtis tam ſolemnia uincula uoti & iuramenti in melioribus actionibus diſrumperet? Docuit nanq́ Paulus non eſſe facienda mala / ut inde ueniant bona. & Salomon in prouerbiis. Ruinam magnam hominum aſſeuerat:per Deum uouere / & inde uota retractare. Reuerentia .n. deo / & fides hominibus hinc apertiſſime uiolatur / & frangitur. Quæ tamen propheta regius minime frangere deſiderans / dicebat. Reddam tibi uota mea.quæ diſtinxerunt labia mea/& quæ loquutum eſt os meū in tribulatione mea. & cæteros admonens / ait. Vouete & reddite dño deo uro. quūq́ Deus magnus omnipotens uoto ſuo & iuramento indiſſolubiliter aſtringi ſe aſſerat: ut in uoto & iuramento Dñi ad Abraam Yſaac & Iacob de multiplicando ſemine ſuo / ſicut harenas maris: & cœli ſtellas: & benedictione gentium in eo / Scriptura ſacra ſæpius meminit. Pontifex ergo ſūmus eius uicarius/uoto ſuo & iuramento præ aliis ſtrictiſſime teneri:dum materia uoti & iuramenti de genere bonorum ſit: indubitatum eſſe debet. Signanter cum ipſe ſit deo immediatus.magiſterq́ fidei. & ueritatis doctor. diuinæ reuerentiæ & fidei hominum ſeruandæ ſuper omnes aſtringitur. Quare uota ſua aut iuramenta niſi maxime in noxam uergant:ſoluere aut cōmutare nec debet nec poteſt. aut aliis ut id ſecum

faciant:

faciant : cõmittere . Et ſi iuxta Salomonem nulla digna eſt
comparatio continentis animæ : & inde uotum religionis /
cui ſtudium cõtinentiæ annectitur: cõmutari minime poſſe:
ſapientes nõnulli uoluerunt . Quæ comparatio eſſe poteſt cõ
tinentis & reformatæ eccleſiæ . quum cõmuniora & publica
meliora & diuiniora ſint ſecundũ philoſophos. In congrega
tione aũt ulis eccleſiæ potiſſimum huic continentiæ & refor
mationi eccl'iæ in fide / unione / & moribus / attendit. Quis
ergo tam modico obſtaculo tam magnum bonum irritabit?
Meminiſſe debuiſſent ordinatores Iepte illius intẽtiſſimi ac
fortiſſimi iudicis Iſrael. quem Paulus inter ſanctos annume
rat . Qui ne uotum quod Deo uouerat uiolaret: unicæ etiam
filiæ ſaluti non pepercit. Et nõ tam leui impedimento. quod
q̃ facile excludi potuit: tam magnum bonum blandientes &
fallentes excuſarent . præcipue ſi tenorem uoti & iuramenti
conſiderare uellent. quod tam ſolemne & publicum Deo / uir
gini / principibus apoſtolorum & omnibus ſanctis ac homi /
nibus factum legitur. etiam per uiam cõtractus. Vt timere le
gentes debeant : quanto plus frangentes . Signanter attenta
execratione pœnarum etiam temporalium: quibus ſe / uouen
tes & iurantes / obligant. ut Pontifex ſi quæ uouet & iurat nõ
reddiderit: tanq̃ ſcandalizator & perturbator eccleſiæ & to /
tius chriſtianitatis habeatur . quæ uero pœna publice eccle /
ſiam ſandalizantibus debeatur . Dominus apud Matheum
de eiectione & appenſione molæ aſinariæ & maris demer /
ſione apertiſſime docuit . Cardinalibus quoq; in euentum
non redditionis uoti & iuramenti Pontifex facultatem con /
cedit generale Concilium conuocandi . Cuius ſententiæ &
determinationi ſe ſponte ſubmiſit . & ultra hoc Cardinales
uouerunt & iurauerunt huic promiſſioni nullo unq̃ tp̃e cõtra
uenire . quinimmo ſi Pontifici contrauenienti aſſenſerint :
fructibus capelli & beneficiorum ſuorum alia ſñia non expe /
ctata: priuati cenſeantur . Viderint ordinatores ſi tam tripli
catus nodus tam breui ſua ſolutione rumpatur . Attendant
quoq; ubi Concilio impedimentum opponi debeat . priuata
lege / contractu / & iuramento Pontificem promiſiſſe nullum
unq̃ niſi euidentiſſimum allegare . & q; tale iudicatnm ſit ad
minus a duabus partibus dominorum Cardinalium per ſuf
fragia balotarum . Viderint ſi tale fuerit . quod inducitur .
& ſi huiuſmodi diligentia iudicii præceſſerit. Addunt quoq;

ipſi conſultores uotum & iuramentũ in ſolo conſciẽtiæ foro
uerſari. immemores apoſtolicæ doctrinæ. quæ finem con/
tentionis hominum & cauſarum iuramentum eſſe conſtituit.
quo uoto ſolemni & iuramento patres etiam contentioſe po
tuerunt de Concilio admonere. Hæc autem diximus quia
ordinatores forũ conſcientiæ non uidentur exiſtimaſſe. queꝫ
tamen Pontifex Deo immediatus / plus q̃ hominum conten
tiones uereri tenetur.

Inſuper legalius adiungunt ordinatores / ex æquitate Cano/
nica non poſſe Pontifici denegari purgationem more / ſi con
cilium diſtulit conuocare. Vtinam hac una ſola probabilio/
ri excuſatione ſine tot iniuriis & contumeliis abſq; tam gra/
uibus cenſuris / quæ tamen debuerant eſſe mitiores. & medi/
cinæ / non tam ultimæ exterminationes: conſultores iſti uſi
fuiſſent. noſq; a tot ſcriptis liberaſſent. & cum eis iocundius
egiſſent patres. Sed nec iſta excuſatio ſolida ſatis eſt. Nẽpe
fundamentũ purgationis more / ſola æquitas eſt. atq; adeo ut
niſi bonũ uel æquũ ſuadeat: purgationem lex non admittat.
præcedenteq; tam diutina notoriaq; ſummi Pontificis & Re
uerendiſſimorum Dominorum Cardinalium illi adhæren/
tium negligentia Concilii congregandi: ius ad illos qui Pi/
ſanum Concilium indixerunt / ipſo facto iuris miniſterio de
uolutum eſt. Ergo cui bonuꝫ æquum ue uideri poſſit / in eorũ
quibus quæſitum ſit ius / præiudicium: purgationem more
admittere. Stat enim uulgaris iuris regula. citra alterius præ
iudiciuꝫ / legalia benefecia interprætanda eſſe. Nec eſt in pur
gationis more materia quicq̃ apud omnes recte ſentiẽtes an
tiquius uerius aut frequentius / q̃ iure ad alios deuoluto: ſeraꝫ
eſſe more purgationem. Exiſtimauerunt enim iuris pruden/
tes / ubi ius alteri q̃ſitum ſit: radicibꝰ quaſi in alieno adactis:
non facile poſſe conuelli. Quod tum maxime abſq; ulla hæſi
tatione procedit. Vbi res integra non ſit / quemadmoduꝫ in
caſu noſtro ꝓcul dubio non eſt / poſtq̃ iure in ſe tranſlato uten
tes patres Piſanæ Synodi: Cõcilium indicendo: præoccupa
uerunt & præuenerunt. Præterea qui moram purgare uolũt /
ita agere debent: ne quid contra id quod offerunt / iure obiici
poſſit. Indictio uero Romani Concilii notorio loci uitio la
borat. Romæ enim / ut latius ſuo loco proſequemur: nec nos
nec innumerabiles alii tutum conſulendi ſtatuendiq; uera &

neceſſaria pro eccleſia hodie locum arbitramur. Itaq; liqui/do conſtat purgationis argumentum nullo iure ſubſiſtere. Et rurſum. Si de cauſa capitis eſſet in Synodo agendum: quũ alieni iuris ſit talis indictio: non conueniet capiti mora; purgare. Ad excuſandam uero ſummi Pontificis negligen/tiam magno uerborum apparatu magniſq; eloquentiæ uiri/bus a conſultoribus elaboratum cernimus. Quo fit ut quæ proponuntur/quanq̃ pulchra: commentitia tamen & ficta/ſatis appareant. Intelleximus nempe ſummum Pontificem dum Cardinalatus officio fungeretur: ſæpius alpes tranſiſſe. & maria traieciſſe. nouum tñ atq; inauditũ patribus eſt/ꝙ generalis Concilii indictionem perquiſierit/aut tractauerit. Et ꝙ Pontifex creatus/ ōribus obedientiæ certum aliquid de tenendo Concilio propoſuerit/aut intimauerit. Paterq; ille cui legationem germanicã ſponte oblatam nunc immerito exprobat: quam tamen ad gloriam ſuæ ſanctitatis nullo ſuo commodo/ſed laboribus & impenſis innumeris admini/ſtrauit: De pace quidem chriſtiana & infidelium bello com/miſſiones pulchras accepiſſe ſe aſſerit. De congregando tñ cõcilio: nec uerbum quidem. Immo tunc aliquando & alias ſæpius ab ipſo moderate propoſitum reiici animaduertit.

Sed quorſum tam longam de Concilii deſiderio conſultores texerunt hiſtoriam ſi tam ardebat. Cur deſiderio rebus ipſis Pontifex pacificus ſatiſfacere neglexit? Conſultores ſciunt nihil eſſe antiquius: q̃ propoſitũ mente retentum nihil operari. nec apud Deum & homines præſtare. Vbi quum adeſt exe/quutionis occaſio: non exercetur. Nam quo ad bella ſatis ſu/perq; eſt dictum. Noua autem Romani concilii indictio propoſitum celebrandæ Synodi uere non explicat. nam niſi Pi/ſana ꝓuocatio præceſſiſſet: non creditur fuiſſet illa Romana attemptata. nec tam ut illa teneatur/q̃ ut alia frangatur (qđ auertat dominus) cogitata ſuſpicatur. Sed negligentia Põtificis oſtenſa: illa dñorum Cardinalium adhærentiũ nota eſſe debet. quum de adhærentibus ſapientes idem iudicium fecerint. Ipſi quoq; non ignari præcepti & neceſſitatis noto/riæ eccleſiæ/uotiq; & iuramenti ſui: tamen tam longo tem/pore officii ſui immemores: ad quid moneri iterũ debuiſſent? Sciebant patres quocunq; uerteret Pontifex: illi adhæſuros. & par periculum admonitionis eorum in præſentia ac Pon/tificis fuiſſe. Iam uero Pontifice & illis per lr̃as edicti p̃rum

admonitis : Concilium generale & liberum (ad quod tenen tur / & quale uñis eccleſiæ eſſe debet) uidentur refugere. do / mumq́ ſuam uallatam arcibus & exercitibus / & non aliam pro loco Concilii uel aſyli deligere .

QVOD uero de negligentia noſtra in proponendo Concilio quum apud Romanum Pontifice3 eſſemus / nobis retundit: admittimus.quum aperte libertate careremus:non auſos tūc pontificē irritare.atq́ hoc uerius neglig̃etiam excuſat . liberi tamen & abſentes:ſtatim cogitauimus præcepto eccl̃iæ/uoto & iuramento noſtris facere ſatis . Et ſi hæc occaſio liberius & ſecurius loquendi in præſentia Romani pontificis : quam nos abſentia noſtra damus dominis Reuerendiſſimis Cardi nalibus in curia degentibus: nobis per alios dominos quum eramus de corpore curiæ fuiſſet exhibita : cum effectu omni conatu curauiſſemus Piſis aut loco tuto Concilium generale indici & teneri. &contra p̃res hæc admonentes non ita inſur gere. nec eorum litteras mordere & laniare.Petrum imitati. qui litteras Pauli:quibus eum grauius de concilio arguebat : ſuis canonicis epiſtolis non reprehendiſſe : Sed confirmaſſe / atq́ cōmendaſſe / cognoſcimus .

A ddunt quoq́ l̃rarum ordinatores etiam in cauſa propria ad Ro.pontificem indictionem Concilii ſpectare.Quibus uno uerbo (ut prædiximus) reſpondebimus.eos v3 nimiū ſūmo pontifici blanditos . Nunq̃ .n. ſi uera hæc eſſet ſñia : contra pontifices cōcilia pararent̃. q̃nquidem iuris præſumptione : cuiuſlibet contra ſe/ auctoritas fruſtra expectat̃.nulluſq́ bene ſentiens ab hac ſñia creditur receſſiſſe . nec ad rem pertinet . quod de Ioanne . xxiii. ad nos uti iudæos conuincendos ex propria (ut dicunt) ſcriptura non abſq́ calumnia obiicitur . Nam ſi recte Conſtantienſis Cōcilii acta conſideramus:eiſq́ non ut Iudæi falſam & peruerſam : ſed ueram & congruam ut ueri xp̃iani & ſpirituales uiri interprætationem accōmo / demus: nuſq̃ compertum erit ad cauſam aduerſus ſe tractan dam Ioannem. xxiii . conciliū Conſtantiæ indixiſſe. Sed ad reformationē & pacē eccleſiæ.Quæ in Piſano Concilio Ale xander Quintus infecta reliquerat/ inſtituiſſe.prout ex bulla conuocationis Concilii Conſtantienſis data laude anno. v . pōtificatus Ioānis ſatis cōſtat . Cōgregata uero Synodo p̃ ea

cauſa ad cuius congregationem auctoritatem pontificiam re
gulariter uel aliorum in caſib9 ſupra poſitis neceſſariam eſſe
confitemur. Poſtmodũ ipſa Synodus cõgregata per ſe ipſam
a domino auctẽm habet in eccleſia plenariã. in tribus qdem
cauſis / quibus diffinitur ſuperior Pontifice pleniſſime diſpo
nendi & determinandi. ordinarie etiã ſine pontifice. In aliis
uero cauſis pontificiis nõ niſi cum Pontifice aut ſuis legatis.
neceſſitate tamen cogente: uel ſede uacante: & ſine eis omnia
plenarie concludendi & explicandi. Quare Ioanne. xxiii. in
conſulto poſt ſecundã ſeſſionem Conſtantienſem a Concilio
diſſimulato habitu fugiente: & eccleſiam deſerente: Synodus
ipſa iam actu congregata xpi dñi principalis eccleſiæ capitis
auctoritate & ſua ordinaria contra eum quaſi turbantem Sy/
nodum & eccleſiam ſcandalizantẽ procedere incepit. nulla
ipſius Ioannis noua auctoritate expectata. nõ ergo Synodus
contra Ioannem proceſſit auctoritate Ioannis: ſed ſua & ue/
rius domini dicentis / Dic eccleſiæ. Nec iſtoꝝ conſultoꝝ ar
gumentatio procedit dicentiũ auctoritate Ioannis Conſtan
tiẽſem Synodũ collectam eſſe. In eaq; cauſam cõtra eundem
Pontificem actam. Ergo ad Conciliũ contra Papam congre
gandum ipſius Pontificis auctoritas eſt neceſſaria. Satis .n.
leue eſt iaculum / quod multifariam reiicitur. Et niſi tu uinci
aut percuti uelis: minime ferit. Dicimus .n. ad primam pro/
poſitionem / Ioannem indixiſſe Conſtantienſem Synodum
nõ contra ſe. & ad ſecundam proceſſiſſe Synodum tunc non
Ioannĩs auctoritate / ſed ſua ordinaria poſtq̃ actu cõgregata.
Secundo argumẽtatio non bene diſcurrit. Datõ ꝙ Ioannes
contra ſe principalr̃ indixiſſet Conciliũ. quod minime uerũ
eſt. Poſito tamen caſu ſi ſic procederetur: Ioannes .xxiii. de
induſtria aduerſus ſe conciliũ indixit. Ergo ad cauſam cõtra
Pontificem requirit̃ Ponticis auctoritas. Argumentatio non
procedit. uitio fallaciæ accidentis. Poteſt enim maior annis
auctore prætore prædium uendere. Verumq; erit prætoris
auctẽm tunc interueniſſe. nec tñ uerũ erit / prætoris auctẽm
neceſſariã eſſe. quũ ſine ꝑtore maior uendere potuiſſet.

Abſoluimus ſecũdæ petitionis ſingulas oppoſitiones: Tertiã
obiectiuam portionem contra Piſanam indictionem attin/
gere: res admonet. & qm̃ prior loci hmõi obiectio abunde ſu
pra euacuata eſt: oſtẽdimus .n. clariſſime ius indicẽdi Cõcilii

apud p̄res fuiſſe. Reliquū eſt ut cætera ſubiiciamus. Inuehūt
conſultores cōtra tp̄oris breuitatē exquiſita quadam diligen
tia dies computātes, magnoqꝫ uerboꝝ faſtu uehementiqꝫ ap
paratu exclamant: poterunt ne uenturi neceſſaria exquiſiſſe.
poterunt ne principes accedere, uolentes ſtatus ſui ſecuritati
conſuluiſſe. poterunt ne & reliqua. Sed non tantum cum fidu
cia prorupiſſent: ſi ſemotis quibus uera inditia corrumpunt
animoꝝ paſſionibus: rerū ueritati potius q̄ aſſentationibus
& blandimētis ſtuduiſſent. nam p̄ter id ꝙ a iure nullus certus
terminus eſt: hmōi indictionibus præfixus eſt: atqꝫ ideo pro
reꝝ locoꝝ & temporꝝ contingentia arbitrarius relinquitur.
Cui dubium ēt ſi determinatum tempus præſtitutū eſſet: ex
cauſa tamen reſtringi poſſe. quod omni iure euidēs eſſet: ſi &
ipſi conſultores id probant. Nam quū annum dicant aſſuetū
eſſe terminum ad tantā rē incipiendam: illū tamen ne cuiq̄
(ut dicunt) calumniandi cauſa daretur: ad nouem menſes re
ſtringunt. hic attendant conſultores ſi licuit propter uerboꝝ
calumnias, quem dicunt antiquiſſimum & uſitatū terminū
arctare; Cur ꝓpter realia & actualia magna eccl̄iæ ſcandala
p̄ntia, & quæ timebantur breui futura: quibuſqꝫ alr̄ q̄ per con
ciliū occurri non poterat: terminus nō eſſet abbreuiandus?
quæ aūt hæc ſint q̄uis ſatis nota orbi: p̄res crediderint: ea tn̄
nondum illoꝝ mentis eſt in ſpecie reuelare. ſiquo modo pax
eccl̄iæ cum eius reformatione uel cum hac manſuetudine ha
beri poſſit. Nempe quando Concilia in pace non exiſtētibus
actu ſcandalis ad futuras reformationes cōgregabantur: Qn̄
etiam eccleſia orientalis conueniebat: unius anni terminus
cōgregandis conciliis præſcribebat̄. Sed nunc quū ſcandalis
p̄ntibus citiſſime ꝓuidendum ſit: cōgregari illa celerius opꝫ.
Signanter quū ſolus iſte latinoꝝ Europæ angulꝰ excitari de
beat. uocandiqꝫ omnes duoꝝ menſiū ſpatio conuenire Piſas
poſſint. Si ad extinguendum incendium eccleſiæ, & rem dei
diligenter curandam animentur. Quodqꝫ ſuperiores p̄res no
ſtri uno pene anno notum facere orbi chriſtiano nō poterāt:
nunc tabellarioꝝ celeritate & impreſſoꝝ ſumma diligentia
lr̄is & cedulis imprimendis uno fere menſe tantundē confici
poteſt. & boni ac prudentis medici officiū eſſe debet, ubi mor
bus inualeſcit, nulla temporis habita ratione: præſto occur
rere. ne dum temporum ſuperſtitionem ſequimur, ante tp̄s
infelix æger opprimatur. Et q̄uis breuior terminus ad exci

tandam diligentiam edicto p̄rum præfixus ſit: mētis tamen ſuæ ſuperfuit ne quid præcipitanter ageretur. Sed in omnib⁹ quoq; dilatio euidenter periculoſa nō ſit: mature procedere. omneſq; neceſſarios etiā diutiſſime expectare. quoq; auxilio & conſilio tam ſanctum opus iuuari poſſe cenſerēt. nec enim ſuæ prudentiæ iuxta ſapientis uerbum inniti uoluerūt p̄res: Sed in dño(a quo omnis ſapiētia eſt)primū cōfidunt. mox in cōſiliis bene in cauſa dei ſentientiū nō leue p̄ſidiū reponūt.

Loci uero obiectio fragilis eſt & paucis uerbis refellenda. Piſana ciuitas gñale alias Conciliū recepit a nouem cardinalib⁹ indictum tempore Gregorii.xii. Pontificis al's religioſiſſimi & prudentiſſimi. Niſi ꝙ Cardinales illi, ꝙ Pontifex capl'a cōclauis iurata ſeruare renuit: ab eo diſceſſerunt. & Piſis Concilium indixerunt. quo tanta eſt uis ueritatis, concurſus incredibilis chriſtianoꝝ omniū breui coiuit. ut celeriter collecta Synodus magno hominū numero ſignanter ſapientum multas alias diuerſis tp̄ribus a Pontificibus cōgregatas ſuperauerit. Nam ut ex illius geſtis habetur. xxiiii. Cardinales tres patriarchæ principales, oēs principum orbis in magno numero & inſigni apparatu Piſis conuenerunt. Archiep̄i etiam. x. Ep̄i. lxxi. electi. vi. Abbates. lxxv. alioꝝ Ep̄orum procuratores. lxxvi. Abbatum. lv. oēs ſolemnes uniuerſitatū. xii. ſtudioꝝ gñaliū. Magr̄ gñalis hoſpitalis Hieroſolymitani Rhodienſis. Priores gñales. iiii. ordinum mendicantium. Procuratores ciuitatum & capl'oꝝ eccl'iaꝝ cathedraliū. lxx. Magr̄i in theologia ſupra centum. Doctores iuris fere. cccc. qui oēs diligenter rem dei tractantes: exauctoratis duobus de papatu contendentibus Alexandrum. v. doctiſſimum & prudentiſſimum Pontificem eligentes: multa bona in eccl'ia dei conſtituerunt. & initiū dederunt glorioſæ illi magnæ Synodo conſtantiēſi. In qua finem ultimum exequutionis accepit omnis iniqua de pōtificatu tam diuturna contentio. Synodus ergo tam ſolemnis Piſis habita admonet, ſi & alterius capax ciuitas illa erit: ciuitas eſt ad hoc ſui natura nō parū accōmoda, cœli temperie, & agri fertilitate, & ædificiorū frequentia & magnitudine, mari expoſita, arno inſigni nauigabili & piſcoſo interfluenti, ciuitatib⁹ & oppidis ditiſſimis uicina. nec non inſulis omnium reꝝ feraciſſimis, in medio quaſi Italiæ ſita. Vrbſq; (tam̄ et ſi proximis annis bello uexata eſt) bien-

nio tamen iam fere reſpirauit. & pro magna parte reparata & aucta eſt. Nec non excelſa reſpublica florentina omnium diligentiſſima, quod deeſt reparationis, domorum & uillarum ſimul cũ piſanis ciuibus prouidere citiſſime curat. Et iã bellum quod in ethruria timebatur: tranſactione Florentinorum & Senenſium & longiori conſtituta pace, diuino fauore ſublatũ eſt. Sed quando Piſæ aliqua ratione non probarentur: quæ potius affectata cauſa eſſet q̃ uera, conueniamus p dei pietatem de loco idoneo atq; omnibus tuto. Abſitq; ut loci cõtentio niſi ex aliis culpa prouenerit: ſanctiſſimũ hoc opus perturbare dicatur.

Sed iam res admonet ad poſtremam priorum lrarum partem in qua concilii Romani contra Piſanum indictio ſuadetur properare. Imprimiſq; duplicem in eccleſia uĩem Synodum erigere: grauiſſima hæreſis nota eſſet. contra articulum unam ſanctam & apl̃icam eccleſiam. quũq; piſana Synodus ſuperioribus rationibus ſubſiſtat. Altare alterum erigi, & dupliciter eccl̃iam conſtitui: nõ ſatis a conſultoribus eſt recte puiſum. Fuit hæc noua pratica Eugenii. iiii. alias per nullum Pontificem cogitata niſi per Geroboam qui altare inſtituit contra Ihrl̃m, conſtantius quoq; duplex Conciliũ uĩe ſimul ſtatuit. Arimini uz & Nicomediæ, quorum errauit utrũq;. Deinde qđ conſultores uerbis ornatioribus dicunt, Pontificem ad indictionem Concilii inclinari: ne imputari ſibi poſſit illud Hieremiæ, non aſcendiſtis ex aduerſo, nec oppoſuiſtis uos murum pro domo Iſrael, quod tamen Hieremiæ dictũ non fuit, Sed Ezechielis capite. xiii. eadem p̃res induxit ratio. ut in Piſanæ Synodi mentionem præueniſſent. Fatemur ergo omnes quam Põtifex affert inuocãdæ gñalis Synodi ſubeſſe neceſſitatem. atq; utinam perinde in cæteris conueniremus. Apud Lateranum autem ubi uerius q̃ Piſis ædificiorum ruinæ expectantur: infamiſq; atq; peſtilens aura obſtat: tutum eſſe nunc conueniendi locum ad uere & ſalubriter eccleſiæ conſulendum abſit ut concedamus. Latere. n. inſidiarum non parum in Laterano ſuſpicamur. proinde ut notorie & manifeſte ſuſpectũ, capitibuſq; noſtris perniitioſum ac formidabilem iis potiſſimum temporibus aliis inſiſtentes proteſtationibus uehementiſſime & cõſtantiſſime denuo recuſamus. ipſis qdem conſultoribus aptiſſimum & tutiſſimum locũ firmiter admit

timus. equitum .n. peditumq; copiam illic habent inſtructiſ
ſimam / arces munitiſſimas / claſſem non procul paratam .
urbem deniq; ipſam . populos finitimos bello & armis aſ/
ſuetos ſuo nutu pendentes . aſſuetoſq; capitaneos pro Ponti/
ficis uoluntate Cardinales & Prælatos paruipendere. & iam
illic Cardinales hoc timore coacti non uera / ſed blandien /
tia cõſulturi ſunt. Verum Piſanæ Synodi indictoribus cæte
riſq; quibus concilio adeſſe conuenit : nullus profecto homi
num eſt / qui hodie locum illum inſidioſiſſimum periculoſiſ
ſimumq; uel iureiurando protinus non affirmet. nec toto in
orbe quicq̃ adeo notum eſſe ſcimus:quo hoc notius manife /
ſtiuſq; nõ ſit . maximoq; ſalutis pr̃um diſcrimine acceſſus in
urbe hodie ab omnibus teneretur.Quare moleſta eſſe non de
bet iſthæc recuſatio.Quis.n. ut elegantiſſime Clemens.v.in
quit / ad iudicem grandi & feroci exercitu ſtipatum facile ue/
nerit? Quis auderet uel qua ratione teneretur illi ſe ultroneũ
offerre.& eoꝝ ſe ſinu reponere . quoꝝ non temere uiolentia
timeatur.hoc.n. de iure timetur.de more uitatur. refugit ra/
tio / abhorret natura / nec ad iuſtiſſimum animoꝝ pr̃um ter/
rorem tollendum aut minuendum ampla illa uerba ſaluicõ/
ductus a Pontifice oblati proficiunt . promiſſioq; benigne &
charitatiue ſuſcipiendi atq; tractandi. Quæ enim ſolemnior
unq̃ fides & promiſſio q̃ illa capl'oꝝ conclauis?etiam ꝑ uiam
contractus omni uoto & iuramento uallata.& alias ꝑ ap̄licas
lr̃as data / cogitari poteſt & debet?quo uero pacto ſeruata ſit:
creationes cardinalium & eoꝝ libertas minime ſeruata oſten
dant. Sed admittamus ꝙ ſperemus ſanctitatem ſuam hanc
ꝓmiſſionem integra mente ſeruare uelle:ut nec odio nec ira/
cundiæ ceſſura ſit : quomodo tñ (Abſit ſanctitati ſuæ indi /
gnatio) ex præteritis actionibus animi pr̃um ſecuri eſſe pote
runt?homines etenim ſunt ſũmi Pontifices: &.xii.horas eſſe
diei dñs meminit . Quis tamen eos ab innumeris ſũmo Pon
tifici aſſiſtentibus . Quis a prædictorum hominum quorum
copia in curia eſſe ſolet / iniuriis & uiolentiis ſecuros reddet?
admonent intollerabiles iniuriæ / admonent immaniſſimæ
uiolẽtiæ / admonẽt inauditæ & nephandiſſimæ cædes/quas
nõnulli pr̃es curiã ſequentes perpeſſi ſunt. Ipſe deniq; ne lon
gius (ut aiunt) exempla petamus / Pontifex ſũmus / dum in
minoribus ageret : q̃tum in ſaluis conductibus curiæ (a qua
nulla eſt ꝓuocatio) credendũ ſit.abunde docuit . Stultiſſimũ

enim eſſe ſæpius dicebat: libertatem & uitam cum pelle mor tuæ beluæ .i. cum membrana ſalui conductus commutare. Quodq́ ipſe tam conſtanter tanto tp̄ore aliis non credidit: difficillimum erit / ut ab aliis ſibi credatur. quæ ſñia ratione ſane non caret. Nam & Innocentius. iii. docet / non teneri quempiam cum lr̄is ſalui conductus ſeſe aduerſanti credere. Pontifices quoq́ ſuperiores poſtq̄ exercitus armataſq́ cuſto / dias & arces Romæ tenuerunt: ut pl̄m Conciliis aggregādis Romam deſeruerunt. & niſi alia libertas ſenatus reſtituatur / & modus alius uiuendi & gubernandi a Pontificibus in urbe ſeruetur: Nemo eſt qui eum locum nunc ad hanc eccleſiaſticā libertatem idoneum aptumq́ influētiæ ſancti ſpiritus qui cō muniter liberas mentes in Cōcilio implet: diiudicare poſſet. Quare poſtq̄ loci exceptio omni iure & rōne legitima reddit: poſtq̄ ſalui conductus oblatio iuſtiſſimum metū in uiros con ſtantes cadentem nec iure nec ratione ſubmouet. Omittant pro deo tandem conſultores laterani loci mentionem. Suſpi tionem enim non leuem cum hac loci difficultate & diſcrimi ne præbent: non tam eis cordi eſſe apud lateranam Synodū teneri: q̄ ne Piſis aut alibi teneatur: impedire. Quod ſi (ut di / ximus) Piſanam ciuitatem non p̄bant: quam tamen optimā omnibuſq́ tutam & idoneam putauimus credimuſq́: alteri⁹ idonei atq́ omnibus tuti loci oblationem nō negamus: quin immo & antea per lr̄as & nuntios noſtros obtulimus. & nūc hax tenore ruſus offerre nō ceſſamus. Vt intelligat uniuerſa eccleſia / ſciant omnes principes cunctiq́ fideles non ad con tentionem aut turbationē minuſq́ ad pernitioſiſſimū ſciſma (ut obiicitur) excitandū: Sed ad quietem & pacem inducen / dam / ad animax ſalutem procurandam / ad ſplendorem ec / cleſiæ iuuandum / ad expeditionem contra infideles promo uendam / uinculis præcepti & iuramenti motos p̄res Piſanæ Synodi curam ſubiiſſe.

QVOD Poſtq̄ hac ratione & mente proceſſiſſe omnipotens creator & redemptor noſter intelligis / aperta.n. tibi ſunt ho minum corda omnium. omneſq́ cogitationes clare intelli / gis. occurre diuinæ p̄uidentiæ tuæ munere / occurre q̄ſumus priuſq̄ in flammam ſurgat paratum incendium. Et quod hu mana diligentia mortaliq́ ſtudio fieri non poteſt: fac / ut cœ leſtis gratiæ dono conſequamur. & pacifica uīa ac libera con

gregatione eccleſiæ pro uera eius reformatione / quam tot la
boribus querimus tam ſpiritualiter q̃ temporaliter in unum
conuenientes perfruamur.

Hæc ſunt quæ pro refellendis iis quæ priores litteræ contine
bant adducenda cenſuimus. omiſſis ne modum excedamus:
aliis q̃ pluribus quibus ad iura noſtra tuenda abundamus.

Supereſt ut q̃tum poſteriores monitorii lr̃æ æquitatis habeãt/
q̃ breuiſſime uideamus. Maior enim eaꝝ uis ex ſuperioribus
ſublata cernitur. In illis tamen ſatis liquet contumelioſe ad
modum conſultores aduerſum patres egiſſe. illoſq; maximis
ac pene inauditis iniuriis & cõtumeliis iniquiſq; cenſuris &
pœnis pro nulla aut leui culpa afficere uoluiſſe. quos nũc lau
dant & extollunt / nunc uituperant & cruciant ad inſtar mi/
litum præſidis qui Chriſtum ſalutantes: dicenteſq; illi aue:
mox harundine percutiebant. Nempe fortuna quadam con/
ſultores lr̃as illas monitorii ex duabus aliis Pontificum lr̃is
apertiſſimo furto uerboꝝ contexerunt. ex altera vʒ Nicolai
iiii. bulla quæ incipit. Cœleſtis altitudo potentiæ & ad aue
quodã modo pertinuiſſe uidetur. & altera Eugenii quoq; .iiii.
incipiẽte: Multa ſanctoꝝ exempla quæ colaphos & harundi
nem concernit. In quibus monitorii litteris ſic: ex prædi/
ctis latrocinio aperto ſubtractis nõ ſolum patres grauiſſime
ſunt laceſſiti uerũ et Pontifices ipſi quorum uerbis & doctri
nis litteræ illæ ſubſiſtunt. quum ipſorum menti Pontificum
euidenter obſtent: non mediocriter iniuriari uidentur. Subli
mem enim illam Cardinalium laudationem quam Nicolaꝰ
ad effectum partitionis patrimonii. S. R. E. inter Papam &
Senatum induxit ad maledictionem & priuationem Cardi/
nalium repetita eiſdem uerbis præfatione retorquẽt. quam
tamen Nicolaus Pontifex ſapientiſſimus niſi in concilio ge/
nerali aut cauſis urgentioribus maturioriq; iudicio nunq̃ ex
cogitaſſet. Similiterq; congeſta quædam grauiſſima conui/
tia & maledicta quibus Eugenius ſuo monitorio contra feli
cem Amadeũ & illius electores poſt priuationem de ſe factã
& Amadei electioneʒ comulatiſſime inuehiť eadẽ maledicta
eiſdemq; terminis eodemq; more ꝓpoſitionis cõſiſtorialis ꝑ
ſimplici pr̃uʒ admonitione cõcilii ꝑperaʒ & incõſulte ꝓfun/
dunt. quæ tñ Eugenius pro ſimili cauſa minime unq̃ auſus

fuiſſet attentare. Immemores ergo conſultores clementiæ & æquitatis dei & ſuperiorum Pontificum quam proponunt & offerunt omni feritate & crudelitate aduerſum patres intemperatiſſime debacchant̃ inconſideratos medicos imitati, qui apud Hipocratem ſanam medicinam alicui morbo legẽtes, morbis aliis improportionate diſtribuunt. Inducunt etiam atroces quoſdaꝫ ueſpeliones fiſcos in ſenatu proponentes, & ad tumulum quaſi uiuentes patres inducere ſatagentes Carroſum quendam & cuccinũ nomina ipſo pene horrẽda ſono ac ſi hominũ carnes dilaniaturi & cocturi acceſſiſſent. quoꝝ os uanitatem & dolos locutum eſt. & quũ reſponſa priornm litterarũ iſtis adaptari poſſent: niſi nouiter deductis reſpondere non cogimur. Inter alia tamen uiſum eſt iſtis addere de cõuenctionibus patrum Florentiæ initis quas pleno ore ini quas appellant. Sicut febricitantis lingua omne dulce amarũ iudicat. Nempe conuenctiones illæ libertati ſacri Senatus, ſplendori & ſpiritualitati eccleſiæ & iurium ſuorum conſeruationi unice innituntur. Quarum ſcripta ſi proferantur nõ poſſunt a ſapientibus niſi ſũme cõmendari. pro illis tamen conſulentium feritas Notarium unum rogatuꝫ qui bona fide nihil mali ſuſpicans: quũ ad aplicam curiam negocia ſua tractaturus acceſſiſſet: teterrimo carcere detruſit. & grauiſſime torſit, quæ euidens eſt conieƈtura rancoris & odii contra patres. Nam ſi clientem pacificum & innocuũ ꝙ teſtimonio ueritatis aſtitit, a patronis ſuis rogatꝰ tã efferate torſerũt. Quid cogitandũ erit de odio contra patres. Quare omnis uerboꝝ promiſſio ab illoruꝫ odiis qui parcere neſciunt patres iure tutari minime poteſt. Verum conſultores ipſi qui tam copioſe tam feruenter officia quibus Cardinales ſummo Pontifici tenentur explicauerunt. debuiſſent ſi recto uterentur conſilio. quibus etiam Pontifex illis teneatur admonuiſſe ne in taꝫ notorie excedentem prolaberetur offenſam. Sũmus nanqꝫ Pontifex præcipue quodam uinculo charitatis & clementiæ ſacrum Senatum & illius membra debuit reſpexiſſe. Cuius peculiari quodãmodo caput pater & frater eſt. quæ omnia ſunt dileƈtionis ſummæ & charitatis nomina, non certe euerſionis & odii. Caput enim quod uigilat & proſpicit & laborat ꝓ membris, nunꝗ illa odio habet. quinimo gratulatur. quum membra ipſius langorẽ aliqñ admonerent & curarent. Pater ergo & frater ſũmæ charitatis appellationes ſũt, paſtor eccl'iæ

& uicarius Dei / quod alias recte pontifex nuncupatur non ſe
ritatem & tyrannidē prætendunt / ſed ſummam charitatem
& clemētiam . Cōmiſſurus nanq; dñs Petro curam paſtoralē
& primatum eccleſiæ non ſemel / ſed tertio ei dixit . Simon
Ioannis ſi diligis me plus iis: paſce oues meas.& rurſus . Vi
cariatus Dei omnem charitatem & clemētiaʒ præ ſe fert.quū
illum referat / de quo ſcribitur / Deus charitas eſt / & cui pro
prium eſt miſereri ſemper & parcere/& miſerationes eius ſup
omnia opera eius. qua uero charitate & clementia cū prībus
lrīs iſtis agatur:ſatis ex illis perſpicuuʒ eſt/ pro admonitione
Concilii / quam ex iuſtis ſūmis cauſis pr̄es cōceperunt : īmo
illis dñs inſpirauit:acerrimas cēſuras interdicta auferendaq;
dignitatum beneficiorumq; pœnas conſultores minantur.
hæccine reſpondeant hoc loco Carroſus & Cuccinus in gra/
ui illa de nobis querella / pietatem tantam præ ſe ferentes pie
tatis ſunt argumenta? hæccine boni paſtoris & uicarii Dei of
ficia ſunt / ne hæc munera quibus pr̄ & fr̄ charitatem ſuam ex
plicant. Et quum hic reſponderint: mox ſi placet obiiciant /
an ſicut æquum eſt / bene ualenti capiti membra obſequi: ita
æquiſſimum ſit eiſdem ſi laboraret: auxilio potiꝰ prodeſſe q̄
obſequio placere . Reſpondeant deniq; qd' aduerſus eos fieri
poſtularent.qui ſceleſtiſſimum aliquod porrexiſſent:ſi aduer
ſus procurantes per neceſſariam ſanctiſſimamq; eccleſiæ re/
formationem tot tantaſq; pœnas popoſcerūt. Intelligit ergo
uniuerſus orbis / uident docti indoctiq; / cæci etiam manibꝰ
tangunt de bono opere pr̄es lapidari / nullamq; ob rē aliam
infenſum illi ſummū pontificem niſi q; Deo magis q̄ homi/
nibꝰ obedire maluerint. quæ res fiduciam & magnam aduer
ſus omnem uim ſecuritatem illis præbitura eſt . Iamq; ſpūs
ſanctus (quo auctore cœperunt) pontificem ipſum qui hacte
nus ad Concilia durior uidebat:quum admonitione Piſanæ
Synodi a prībus præueniri ſe ſenſit:continuo maximam Cō
cilii conuocandi neceſſitatē ſubeſſe / profitetur. atq; lateranū
protinus indicit. Inde qui antea penitus diſſentiebant : nunc
de loco tm̄ diſſentire uidentur . Iniungitur tñ prībus per con
ſultores ut Romam breui quodam termino accedāt.& a pro
ſequutione Piſanæ Synodi abſtineant. ꝓceptione altera cor/
pus.animam altera occidere ſatagentes . Nam Romæ diebꝰ
iſtis abſq; notorio uitæ diſcrimine (ut eſt dictū) manere nō
poſſunt.a Cōcilii proſequutione rōne ꝓcepti uoti & iuramēti

ac ſcandali ſine interitu ſalutis æternæ ceſſare non ualent. & iuxta Canonicas ſanctiones & apertam Innocentii. iiii. doctrinam (ut prædiximus) qñ aplica præcepta notorie continent utriuſq; uel alteri⁹ uitæ periculum aut decolorationem uel turbationem ſtatus ulis eccleſiæ: uel unde multa mala uериſimilr̄ futura timerentur: audienda quidem ſunt / ſed minime admittenda. quinimo ab eis ꝓuocandum eſſe debeat: quã doctrinam imitati olim p̄res primæ Piſanæ Synodi quibus Gregorius. xii. ſub grauiſſimis cenſuris ꝑcipiebat ut a proſequutione Synodi ceſſarent: minime obtemperarunt. Sed pro uocatione ꝓcedente: Synodum ſanctiſſime tenuerunt. quod ſapientes oẽs & p̄res Conſtantiæ laudauerunt. cenſuraſq; apoſtolicas contra illos fulminatas q̃uis ſemp timendas / in hoc tñ caſu minime obſeruandas eſſe apꝓbauerunt. quuȝ tñ apud piſanos p̄res non ſtarent adhuc determinationes Synodi Cõſtantienſis de ſuperioritate Concilii. nec ꝓceptuȝ de cõgregãdo Concilio ſingulis decenniis. nec ſtatutũ aut practicatũ ꝙ impedimenta ꝓhita Conciliis p quoſcunq; ſuſpitionem hæreſis continerent: ac ſi ꝓtenderent uelle incorrigibilitatẽ criminũ tueri & defenſare. quæ crimina potiſſimum capitis in concilio moderantur. & ea potiſſimum ratione ꝙ Concilia impediebant: Ioannes. xxiii. & Benedictus. xiii. Conſtantiæ ſunt exauctorati. Quare ergo tam efferate conſultores proſequentur p̄res ſecundæ piſanæ Synodi? quũ primi de hoc fuerint laudati. nec iſti ſicut illi ſtatim prima conuocatione Cõcilii Pontifici obedientiam ſubtraxerint. P̄res. n. moderni in bona IVLII. II. pontificis maximi obediẽtia manent. & manere uolunt / ut eſt dictum. Niſi conſultores cauſam ſciſmatiꝑ aliquas priuationes obtulerint. periculis tñ notoriis corporis & animæ ſecluſis. & eſto ꝙ ꝓuentione p̄rum & tam iuſtis cauſis Synodus piſana aperte ſubſiſtat. Vt tñ obedire clarius uideantur p̄res: dum pontifex cẽſuras & pœnas auferat: uel ſuſpendat: parati quoq; erũt ſuſpendere aut prorogare Synodi Piſanæ proſequutionem dum ſtatim de loco libero & tuto extra eccliæ iuriſdictionem conueniatur. In quo etiam ut claudantur ora detrahentium p̄ribus ꝙ electioni pontificis præcipue ſtudeant. Quod tñ alieniſſimum ab illis fuit poſſent in talem euentũ ſuſpenſionis cenſuraꝝ & actualis aſſignati loci neutralis liberi contentari p̄res: ſi in aliis diſſenſio non ſit titulum Concilii concordandi ad reformationes futuras & ex

tinguendas hæreſes pacem xp̃ianoꝝ promouendaꝫ / & bellũ cõtra infideles dirigendum præfigi & aſſignari. ut de iis ſolũ & diffinitionibus quæſtionuꝫ fidei quæ in eccl'ia indeciſe manent in Concilio tractet̃. & rem Bononienſem / & Ferrarienſem omnimode Concilio remittere. ut q̃ ibi determinabunt̃: efficaciter & ſolide p omnes principes obſeruari promittant̃. & iureiurando ſtatuantur. ita ut ſine xp̃iani ſauguinis effuſio ne ſine priuationibus & turbationibus eccleſiæ iſta medicina Concilii tam deſiderata eccl'iam ipſam abſq; magna anxietate purget & ſanet. pacemq; xp̃ianoꝝ contineat. & expeditionem contra infideles recte & rite ꝓmoueat. quod ſupplicibus uotis dñm ñrum Ieſum xp̃m enixe omnes oramus. & ut ſanctiſſimo. D. N. Vicario ſuo hanc mentẽ cõcordiæ loci ſimul & pietatis & clementiæ inſpiret. quod ſi (qđ abſit) Pontifex renuerit / quuꝫ locus Romanus hodie Concilio libero nõ ſit aptus: euidentiſſimũ erit uniuerſæ eccl'iæ / omne Concilium prorſus illum recuſare. in eumq; euentum prout de iure Piſis aut alio loco quo transferretur Conciliũ ul'e liberũ proſequemur. Quare rogamus p uiſcera dñi dei nr̃i Sanctiſſimũ. D. N omneſq;. S. R. E. Cardinales principes & prælatos ut in hac noſtra ſancta immo dei intentione conueniant. Ne ritus ſacroꝝ concilioꝝ quo bona omnia in eccl'ia fũdata ſunt ꝓrſus aboleatur. Cõſiderentq; principes ſpũm eccl'iæ oblitteratione cõciliorꝝ quottidie magis ac magis extingui. Quale reformatis religionibus contingeret. Si capl'a ſua triennalia ul'annalia non ſeruarent: Concilia. n. gñalia libertatem eccl'iæ ſpiritualitatemq; & pacem continerent. litteraſq; alerent & fouerent ac euidentiſſime & efficaciſſime fidei exaltationem in partibus quas infideles xp̃ianis detinent ꝓmouerent. Quare principes omnes immo & uniuerſi fideles aſſurgite / adeſte / fauete ul'i eccleſiæ / pro qua dñs ſanguinem ſuum fudit. Intra quam nos oẽs ſaluari / firmiſſime credimus. & pro illius pace nõ pro unius hominis obliquabilis quiete laborate. Nempe ex hac duplici indictione Concilii noſtra vꝫ / quæ iure præuenit / & quæ ſubſequuta eſt Sanctiſſimi. D. N. quum duplex Concilium ul'e ſimul teneri non poſſit / quia contra articuluꝫ eſſet unam ſanctam. Si nõ conſurgeret unius Concilii liberi ac tuti ecomenici cõgregatio: exprobrabimur omnes a principibus. lapidabimur a populis. q; ſplendori ſponſæ domini obicem tam notorie oppoſuerimus. Cuius tamen culpæ pa/

tres piſani immunes eſſe uolunt. quum nullis laboribus & periculis ad tam ſanctum opus uere & realr̄ cum pace perficiendum pepercerint.

Denique quū incerti ſimus q̄tum apud ſummū pontificem uoces noſtræ ualituræ ſint: dubiumque nobis ſit, an quæ aduerſus nos cōminatur cum effectu perficiat: uti res noſtra tutius procedat: licet aperti iuris ſit, hoc caſu Concilii ul'is eccl'iæ: irritas & nullas eſſe cenſuras & pœnas prohibitiuas, conſtetque talia ſi quando aduerſus eos propoſita fuiſſent: maiores noſtros minime exiſtimaſſe immo & contempſiſſe. Sicut patres antiquos piſanos feciſſe uulgatum eſt. quos uniuerſa eccleſia cōmendauit: ad cautelā tamen abundantem maioremque apoſtolicæ ſedis reuerentiam proteſtationibus prouocationibus & appellationibus aliis noſtris ſæpius interpoſitis adhærentes, eaſque pro expreſſis & ad uerbum repepetitis haberi uolentes: cōminationes, pœnas, cenſuras, priuationes, inhabilitationes, interdicta, omnia denique in noſtrum fautorumque noſtrorum omnium quoquo modo nobiſcum ſentientium attentata & attentanda, inania, irrita, & nulla profitemur & proteſtamur. Sicut in primis cedulis eſt dictum. Et quatenus aliqua ſint (quod non fatemur) hac tenore iniquiſſima & iniuſtiſſima dicimus atque ad actu indictum ſacrum Concilium Piſanum aut quo transferetur tenendum. omneſque alios ad quos iure prouocandum & appellandum ſit: prouocamus & appellamus. Ad laudem & gloriam Redēptoris & Dn̄i nr̄i Ieſu xp̄i ac immaculatæ Sponſæ ſuæ catholicæ ul'is eccl'iæ ſplendorem & exaltationem.

Datum in burgo ſancti Donini nullius dioc. prope Parmam Die. xxvii. Septembris: Anno Domini Milleſimo Quingenteſimo Vndecimo: Pontificatus Sanctiſſimi Dn̄i noſtri Iulii pp. ii. Anno octauo.

.yhs.

R.me. Dne mi obſeruandme. Deſiderat creatura veſtra
Balthaſſar/ alias Lazarus/ vere adeo adiutus hu/
milis ſacerdos/ cum omni humilitate et R.ma. ab eadem
.D. V. certior fieri manu/ et illius ſubſcriptione. utrum
et/ an/ per inſerte reſponſiones/ ſiue defenſiones/ ut pre
mittitur/ impreſſe/ ex ipſius officina/ et ſalo conducto pro/
ceſſerint cum aliorum de concilio piſano Statu et Conſilio
et Matura deliberatione? Quid ut boni Iuuenis hacte
nus obſeruatis ſeſſionibus ſancitum ſit. Et ſi licet quod
etiam boni futurum credat. Ut creatura eadem veram
maiori illa amplectatur/ que ſub nomine veri Concilij ſcrip/
ta reperiuntur veneratione. Et ut certa et non
incerta/ per me et amicos et notos meos decretto
habeantur. Et quieſcat animus ab hac ipſa perplexi/
tate/ et Maiori quiete. pro eadem .D. V. R.ma. illius
ſancta deliberatione ad dominum in horas effundere
poſſimus preces/ ut iam cepimus/ ad honorem dei et ec/
cleſie Romane reſtaurationem. Et inſpu/ et veri/
tate exaltationem :

— Oretis deum p me

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google